

IACOBI
GRETSERI
SOCIETATIS
IESV,

INSTITVTIONVM
LINGVÆ GRECÆ,

LIBER PRIMVS.

DE OCTO PARTIBVS
ORATIONIS.

PRO SCHOLA RHETORICES.

*Editio octava innumeris mendis & erroribus, quibus præcedentes sca-
tebant, expurgata, ac permultis locis & capitibus additis antea
prætermiſſis, adauçta varijs demùm annotationibus
illuſtrata: cui acceſſit Index Græco-Latinus.*



LVGDVNI,
Sumptibus PETRI MARNIOLLES.

M. DC. XIX.



NOBILI ET MAGNIFICO
DOMINO, D. IOANNI GEORGIO
Heruardo ad Hohenburg, I. V. D. Ser.^{mi}
Bauariæ Ducis, &c. GVILHELMI Con-
siliario intimo & supremo Cancellario.

IACOBVS GRETSERVS E'
SOCIETATE IESV, S. D.



RÆCAM linguam longè omnium esse pul-
cherrimam & vtilissimam, Magnifice & clarif-
sime Domine Cancellarie, communis vera est
eruditorum persuasio testata totius superioris
memoriæ testimonio. Pulchram enim & ma-
ximorum commodorum feracem esse oportet,
quæ Græciæ terminis nequaquam inclusa, Asiam propè vni-
uersam, Italiam, Galliam, & reliquas orbis terrarum partes iam
olim peruasit, & extra anni solisque vias, super & Garamantas &
Indos protulit imperium, vt ne Alcides quidem tantum telluris
obiuerit, quantum hæc lingua.

Fixerit eripedem ceruam licet, aut Erimanthe

Placarit nemora, & Lernam tremosecerit arcu,

vt ait Poëtarum optimus. Quamobrem nihil à ratione alie-
num facturus videtur, si quis illam cum Orphei lyra, aut
cum Amphionis testudine comparat: vt enim hæc laxa mouere
sono poterat, & lenire tigres, rabidolique leones, & prece blan-
da ducere quò vellet, ita Græca lingua non tantùm veteres Ro-
manos rerum Dominos omni humanitatis genere perpolitos,
sed & Asiaticos, Scytas, Brachmanas, Gallicanos Druidas, aliás-
que multas immanitate barbaras gentes excoluit, & cum ad
eloquentiæ, tum ad Philosophiæ, studia rerumque cœle-
stium contemplationem erudiuit. Nostro etiam seculo, quo
refloruerunt ac propemodum renatæ sunt literæ, Græcis Mu-
sis æquè suis constat honos atque Latinis, quippe sotoribus, &


DE GRÆCORVM
LITERIS, EARVMQVE
DIVISIONIBVS, ET
Affectiōibus.

CAPVT I.

LITERAS HABENT VIGINTIQUA-
tuor: quarum figuras, nomina, potestatesque
subiecta tabula ostendit.

Α α	ἄλφα	Alpha	a
Β β	βῆτα	Vita	u, b
Γ γ	γάμμα	Gamma	g
Δ δ	δέλτα	Delta	d
Ε ε	εψιλόν	Epsilon	e tenue
Ζ ζ	ζῆτα	Zita	z
Η η	ἦτα	Ita	i
Θ θ	θῆτα	Thita	th
Ι ι	ἰώτα	Iota	i
Κ κ	κάππα	Cappa	c, k
Λ λ	λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	μῆ	My	m
Ν ν	νῦ	Ny	n
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x
Ο ο	ο μικρόν	O micron	o petuum
Π π	πῖ	Pi	p
Ρ ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ σ	σῖγμα	Sigma	s
Τ τ	ταῦ	Taf	t